508.

Markgraf Heinrich überläßt dem Kloster Dobrilugk, mit Zustimmung seines Miterben, des Grafen von Brehna, zum Seelenheile seines verstorbenen Vaters, den 3. Theil der Vogtei, die ihm gehörte, und aller Güter von allen den Dörfern, welche genanntes Kloster jetzt besitzt. **Torgau, 1234 Juli 23.**

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Ernestin. Archiv. Reg. Oo pag. 701 No. 16. Das etwas verletzte S., an rothen Seidenfäden, = Taf. III. 5. Phot. H. St. A.
Gedr.: Ludewig, Reliquiae 1,48.
Anm.: Urkunde von Empfängerhand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 17 und wegen der Besiegelung 163 Anm. 3. Vergl. No. 496.

⁝In nomine sancte et individue trinitatis.⁝ Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio. Cum ea, que | ex ordinatione mortalium procedunt, processu temporis a memoria tolli possint hominum, necesse est scriptis | commendari et honestorum virorum testimonio conprobari. Noverint igitur omnes presentem notulam | inspecturi, quod nos ad instantiam precum venerabilis abbatis Bertoldi de Doberluge et divine remunerationis intuitu nec non pro remedio anime patris nostri T[heoderici] felicis memorie quondam Misnensis et Orientalis marchionis de consensu coheredis nostri comitis de Brenen terciam partem advocatie, que ad nos spectabat, omnium bonorum de omnibus villis, quas supra dictum cenobium possidet in presenti, iure perpetuo duximus conferendam. Sunt autem hec nomina villarum: Kyrhagin, Wetheroldishagyn, Frankenowe, Heinrikesdorp, Moneckehusen, Eyhůlz, Luge, Visswazer, Rykerestorp, Friderikesdorp, Gronowe, Lyndenowe, Schonenburne, Schuylz, Boyniz, duodecim mansi in Cukukestorp, Wisyz, sex mansi in Můnekestorp, sex mansi Alzona. Et ne aliquis in posterum huic donationi ausu temerario valeat obviare, presentem super ea notulam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius testes sunt: Bertoldus abbas. Heinricus prior. Herewicus fratres eiusdem loci. Martinus prepositus de Moleburc. Laici: Albertus burgravius de Dewin. Otto advocatus de Ylburc. Iohannes et V̊lricus fratres de Pach. Frithericus de Torgowe. Withego filius eius. Vdo de Torgowe. Hildebrandus de Barut. Iohannes de Rochelẏz. Thepprandus de Zlaborendorp. Harmannus de Walkenberc. Syfridus de Moleberc et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis m̄. cc̄. xx̄xiiii.; datum Torgowe x̄. kal. augusti. (SFR.)

509.

Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Erzpriester Stephan und den Canonikern von St. Peter zu Rom das eingerückte Privileg Friedrichs I. von 1159, der diese Kirche bei der Zurückforderung ihrer früheren Besitzungen von Verjährung befreit. — Zeuge: Landgraf Konrad von Thüringen. **Rieti, 1234 Juli.**

Hdschr.: Archiv von St. Peter in Rom, aus der Bestätigung Kaiser Sigismunds vom 31. Mai 1433.
Gedr.: Mittheil. des Inst. für Oest. Geschichtsforsch. IV. Ergänzungsband S. 98. Böhmer-Ficker 14,722.

— — Huius autem rei testes sunt: C[onradus] lantgravius Turingie. H[ermannus] et L[udovicus] comites de Vroburc. Comes Conradus de Vahingen. Comes